Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ex his quae lecta sunt disseremus. Multa responsa dantur
ad eo ad abraham. sed non omnia ad unum. Eundemque referun
tur. Quaedam enim ad abraham quaedam ad abram.
Idest alia post inmutationem nominis. et alia cum adhuc ge
nuino uocabulo censeretur. et primum quidem ad eo ad abram
ante inmutationem nominis. illud defertur oraculum
quo dicit. Exi de terra tua. et de cognatione tua. et de
domo patris tui. et reliqua. sed nihil in hoc de testamento
dei. nihil de circumcisione praecipitur. non enim poterat
cum adhuc esset abram et carnalis natiuitatis uocabu
lum ferret. suscipere testamentum dei. et circumcisionis insig
ne. Cum uero exiit de terra sua et de cognatione sua. Tunc ad
eum sacratiora iam responsa deferuntur. Et primo dicitur ei.
Quia iam non uocaberis abram. sed abraham erit nomen tuum. Tunc iam
et testamentum dei suscepit. et signaculum fidei accepit. circum
cisionem quam non potuit accipere. cum esset in domo patris
et in consanguinitate carnali. et cum adhuc abram uoca
retur. Sed neque presbiter appellatus est. ipse et uxor sua donec
esset in domo patris et carnali cohabitaret ac sanguini.
sed postquam inde profectus est. et abraham uocari. et presbiter
meruit. Erant enim inquit ambo presbiteri idest senes. Abra
ham scilicet. et admirandae uxor eius. et prouecti in diebus
suis. Quanti ante eos longioribus annorum spatiis uitam duxe
re. non gentis et eo amplius annis. aliqui ~~aliquid~~. non multo